



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

De discussione conscientiæ bis quotidie facienda. Cap. 11.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

gant) & aut genitu, aut tensione pectoris, aut breui precatiuncula, aut aliis modis, quos non oportet scribere, & feruor spiritus, ac desideriu proficiendi facile aduerterit, tuam negligentiam castiges. Sic irridebis aduerarios tuos, qui te ad casum impulerunt, dicisque ad eos: Auertantur retrosum, & erubescant, qui volunt mihi mala. Auertant statim erubescentes, qui dicunt mihi euge, euge.] Qui si latenti sunt in casu tuo, & manibus pra exultatione plauiserunt, in resurrectione tua, qua à culpa surgis, tri stabunt. Dicentque, suam ignominiam praudentes, qua illos per conceptrum nouum feruorem pessimum, quod dixerunt Philippi: Venit Deus in castra, & pugnat pro isto, quem ante prostrauimus. Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudiustertii: Væ nobis. ] Tu vero è contrario lætaberis, quia per compunctionem & deiectionem tui, manus venatorum statim effugisti, & ex casu ad maiorem circumspectionem maiusque peccati odium euolasti.

Eruere etiam sicut auis de manli aucupis. Avis manum aucupis aut laqueum effugiens, in sublime volat, ne in manus alterius hostis aut in alium laqueum cadat. Quo alia qualitas huius sollicitudinis in emendatione nostra collocanda ostensa est, ut scilicet ita de hoc speciali defectu nos emendare curemus, ut tamen per negligentiam in alia vita non cadamus. Hac enim cura licentiam in hac speciali materia delinquendi comprimens, eo ipso quod voluntatem frenat, & appetitum cohibet, facile se ad alios defectus vitandos extendit. Sit ergo nostra cura ad vitandam hanc culpam specialem maior, sed non sit ad vitandas alias remissa & legnis, ut cum sancto Davide cantare possimus: Ad omnia mandata tua dirigebat: omnem viam iniuritatis odio habui. ] Ille namque omnem viam iniuritatis deterstatur, cuius mens, nec culpa, quam specialiter vitare vult, nec alius (quantum potest) inficitur. Quam doctrinam luculentam tractat Ambrosius in eundem locum, dicens: Nisi omnem viam iniuritatis oderis, non potes in omnibus preceptis Dei corrigi. Potest enim fieri, ut aliquis se temperet a crudelitatis horrore: lubrico tamen deceptus amore meretricis, & semitis incontinentiae iuuenilis ingressus, impressum semel non queat reuocare vestigium. Multos enim via blandoiora decipiunt, è contraria auertit à se ploratos tristis & nimium severa crudelitas. Sed iuuentus ad amorem liberius, ad lapsum incautior, ad infirmitatem fragilior, ad correctionem durior est. Alius se restrinxit à luxu, sed araritatem cupiditate raptatur. Plerumque enim peccata huiusmodi sunt, ut si alterum declines, incurras alterum: & natura vñs adiuuat infirmitatem. Odis tu luxuriam quasi frugi, sed frugalitatem studio habendi cupiditas frequenter irrepit. Avaritia ipsi rapina est subdita. Et quanto tolerabilius est, propria profundere, quam aliena diripere? Sunt, qui mecentes, aliquid proprio minuere de censu, etiam in opibus sumptum negent, & misericordiam detrimentum putent. Sunt, qui degenerem virantes ignobilitatem, fabro secularis ambitionis agitentur, & sicut quassatae arundines, huc aque illuc fermentur incerti. Sunt etiam, qui dum maiorum suorum statum sequuntur, veluti digna conuersatione contenti, ne errores quidem patios existiment declinando, ut fide murandam perfidiam non arbitrentur, cum in melius mutare propositum non levitas, sed virtus, nec culpa, sed gratia sit. Alius Circensibus ludis, atque theatricalibus sollicitatus voluptatibus, aut ceteris vanitatibus occupatus,

A Ecclesiam non frequentat, alium turis queta delectant, éaque causa ad Ecclesiam iarus accessus est. Itaque diuerso viu in eundem deuotionis errorum verque concurrit. Sed qui omnem viam iniuritatis odit, ad vniuersa corrigitur & emendatur. ] Haec ille. Cuius verba, si ad alia vita aliosque defectus minores applicentur, videbamus, illum curam istam particularis examini descripsiisse, qua ita unum viatum timemus, ut tamen alia fugere non obliuiscamur. Hieronymus autem se dedit in huius rei manifestum exemplum. Nam de seipso ait, quod ita elationem principiū fugiebat, ut tamen omnia alia vita sollicitate declinaret. Eius verba sunt: Quamuis mihi multorum sim conscius peccatorum, & quotidie in oratione flexis genibus loquar. Delicta inventus meae & ignorantias meas ne memineris, tamen sciens scriptum esse ab Apostolo: Ne inflatus superbia incidat in iudicium diaboli. Et in alio loco scriptum: Deus superbis resiste, humilibus autem dat gratiam; nihil ita à pueritia conatus sum vitare, quām tumentem animum & cervicem eternam. Dei contra se odium provocantem. Noui enim magistrum, & Dominum, & Deum meum in carnis humiliante dixisse: Dicite à me, quia misericordia & humilis corde. ] Et antea per os David cecinisse: Memento, Domine, David, & omnis mansuetudinis eius. Et in alio loco legimus: Ante gloriam humiliabitur cor viri, & ante ruinam elevarur. ] Ecce ergo curam & sollicitudinem, qua in via spiritus progrediendum est. Si enim ut unum defectum fugias, vñamque virtutem acquiras, te ipsum & omnia diligenter circunspicias; si occasiones deficiendi pertimescas, si calefacte adiutorium ad mentis tutamen implores; si attentus sis in omnibus, ne tuum propositum frangas: si lapsus, statim aduersis, & per internam compunctionem & propositi innovationem assurgis; si tandem ita te ipsum in hoc particuli emendas, ut alii defectibus habebas non laxes, sed te quantum potueris, ab omni lapsu contineas, iam sollicitè curam adhibuisti, qua sine villa dubitatione brevi tempore, multum proficies. Quia sicut à gratia Dei hæc diligens cura emendationis prouenit, ita ab ea fructus, quem cupinus, nempe magnus, & brevi tempore adeptus, profectus proueniet.

Hieron.  
epis. 32.  
ad Abigaum.

#### De discussione conscientiae, bis quotidianamente facienda.

#### CAPUT XI.

**H**RISTVS, Salvator noster, qui nunc nos ad vitam spiritualem vocat, ad emendationem invitat, & ad sancta propria facienda per suam gratiam, cor nostrum inficit, in fine vitæ cuiusque rationem exercitatur, & actiones ac cogitationes discutiturus aduenient. Ideo Petrus de illo ait: Quia ipse est, qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum, id est, ut interpretatus est Augustinus, iustorum & iniquorum. Et hic metu index de seipso testatus est: Veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, id est, cum tanta maiestate, ut eum in melioribus Dei bonis locatum agnoscaris, & ventem in nubibus exli. ] Et per Sophoniam: Et erit in tempore illo, scutabor Ierusalem in lucernis. ] Non tantum Sodomitam, sed & Ierosolymam scutabitur in lucernis,

AET. 10.  
42.  
Ang. in  
Enchrid.  
1.51.  
Matt. 26.  
64.

Sophon. 1.  
12.

quia

Psal. 69.  
4.

L. Reg. 4.  
7.

Psal. 118.  
128.

Ambro. ad  
Psal. 118.  
forn. 16.

Bern. ferr.  
55. in  
Cant.

quia non tantum opera iniquorum damnabit, sed & iustorum actiones expenderet, vt puniat, & reprehendat quicquid in illis minus rectum, & minus purum inuenierit. Immò & his præcipue admouebuntur lucernæ, vt hac similitudine diuini iudicij erga illos subtilitas exprimatur, quia exquisitiōri, & minutiori scrutinio occultiores defecūt indigebunt. Puto, hoc loco, Prophetam, inquit Bernardus, Hierusalem nomine designas illos qui in hoc seculo vitam ducunt religiosam, mores supernæ illius Hierusalem conuertere honesta & ordinata pro viribus imitantes, & non veluti hi, qui de Babylonie sunt, vitam in perturbatione vitorum celestiumque confusione vastantes. Denique illorum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, & non agent scrutinio sed supplicio. Mea autem (qui video monachus & Hierosolymita) peccata certè occulta sunt, nomine & habitu monachi adumbrata. Et idcirco necesse erit, subtili ea inuestigare discussione, & quasi admotis lucernis de tenebris in lucem prodi.) Sic ille. illos autem Dominus examinabit, qui seipso non examinauerint: illos iudicabit, qui seipso non iudicauerint, & qui non in semetipsum mala admissa puniuenter. Quare operatum est, vt nos ipso scrutemur, & pro culpis castigemus, vt districtissimi iudicis sententiam fugiamus. Ac proinde merito sibi consulens idem sanctus Pater Bernardus addit: Iudicabo proinde malam meam, iudicabo & bona. Mala melioribus curabo corriger aetibus, diluere lacrymis, punire ieiuniis, ceterisque sanctæ laboribus disciplina. In bonis de me humiliter sentiam, & iuxta præceptum Domini, seruum me inutiliē reputabo, qui quod facere debui, tantum feci. Dabo operam, nec lochia pro granis, nec paleas cum granis offerre. Scrutabor ergo vias meas & studia mea, quòd es qui scrutaturus es Hierusalem in lucernis, nil inscrutatum in me siue indicisfum intenias. Neque enim iudicaturus es bis in id ipsum. Quis mihi det ita ad liquidum prosequi, & persequi vniuersa delicia mea, vt in nullo oporteat veteri oculos capere, in nullo ad lumen contingat erubescere lucernarum. ] Hæc Bernardus. Nos igitur, qui iam per speciale emendationis propositum, quasi speciem quamdam legem nobis indiximus, & per curam assiduam ad statutum tempus custodiūmus, discutiamus, & iudicemus nos ipso, ne à Domino iudicemur. Aut potius ipse, qui postmodum in solio districtissime æquitatibus homines iudicabit, nos nunc in abdito sua misericordia iudicet. Homo veniat ante illum, in intimo cordis sui tanquam reus, & conscientia propria accusatrix afflatis; & sic hoc iudicium transfigatur, vt Deus ob suas miserations ergo hominem glorioſus appearat, & homo non in furore, immò neque in ira, sed in misericordia correptus, de catetro magis cautus & magis emendatus existat. Quo pacto hæc discussio & examinatio fieri debeat, qua tercia pars est particularis examinis, dicendum est nunc, vi in ea pro his quæ gessimus, Deum laudemus, & nos ipsos castigemus, & ex ipsa optatum fructum decerpamus.

Discussio hæc conscientia, qua inquitamus an propositum illud, manè conceptum, emendandi speciem defecūt, vel exercendi particularem virtutem, custodierimus, bis quotidie fiat; semel ante vel post prandium, & semel ante cubitum. His enim duobus temporibus conscientia generaliter de omnibus examinanda est (vt postea dicemus) vnde æquum est, vt eisdem temporis intervallis, de singulari illi proposito custodito vel non custodito; à viro iusto

Hoc eod.  
lib. 5. p. c.

A discutatur. Examinis meridiani meminit Bonaventura, sic scribens: Cùm pulsatur campanella ad mensam, vel ad condendum, stes in silentio, & examina teipsum, quomodo in oratione, vel lectio, vel in servitu laborasti, vt preparatas eleemosynas possis secura conscientia manducare; nam pecatores ibi eleemosynas largiuntur, non vt loquaris de partibus vel de guerris, vel maneas ociosus, sed vt pro eis incessanter ad Dominum fundas preces: quòd si te inuenieris ociosum sterile, aut dixisse illicit, timeas cum dolore cordis, sciens quòd de eleemosynis acceptis oportebit te reddere rationem vilificationis tuar; & vsque ad secundam pulsationem, cogita supradicta, semper pro benefactoribus exorando. Vespertini vero mentionem fecit Dorotheus, qui hæc ait: Affirmaverunt Patres communis sententia, possidere cum timore Dei, qui mortis crebro & gehennæ reminiscitur, qui veſperè à seipso rationem exigit, quemadmodum die ambulauerit; manè similiter quo pacto noctem transfererit. ] Nec frequenter, quam par est, aut nimia videatur, hæc duplex in qualibet die conscientia discussio, quia sancti, qui oculos mentis habent diuina luce perfusos, non bis in die, sed qualibet hora in seipsum, quod examinent, & corrigant; quod emendent, & reprehendant, inuenient. Beatus certè Pater Noster Ignatius, ut auctor eius vita testatur, singulis horis seipsum colligebat, & quid cogitasset, quid egisset, quid omisisset, examinabat. Quod documentum esse Petri Apostoli, scribit Clemens Papa in illis verbis: Instinebat, actus suæ vita omni hora custodiri, & in omni loco Deum respicere, & cetera. Et Cassianus appositissimo simili, quid sancti tam frequenter in seipsum emendent, exponit, cuius sententiam notata dignissimam non grauabor in medium afferre. Ille scicat: Velut si in aliquam magnam domum, multis instrumentis, vasculis, sarcinis impeditam, unum integrum visum acie perspicacem, alterum, cui oculorum lumen obtuderit lippitudo, pariter ponamus ingressos, nonne cùm ille, cui ad videnda omnia habes obsistit obtutus, nihil illuc aliud esse astimet, nisi armaria, lectos, scanna, præsepio, & quicquid non tam oculis speculantis, quam manibus palpantis occurrit; è contrâ hic, qui clarissimum lumen sydere eiā occulta rimatus est, multa illuc minutissima, & que vix possint etiam numero comprehendendi, inesse pronunciet, que si aliquando in unum cumulum congregentur, paucorum, que ille palpauerat, magnitudinem numerositate compenent, aut etiam fortasse transcendent; Ita igitur sancti, arque vt id dicam, ridentes, quibus summum perfectionis est studium, etiam illa, quæ velut tenebrofus animi nostri non intueretur aspectus, in semetipsum sagaciter deprehendunt, acerrimeque condemnant, vique adeo, vt qui, sicut nostra videtur incuria, ne tenuis quidem peccati nauo candorem conscientie fuscaerunt, multis sibi maculis videantur alpersi, si, non dicam vanæ cogitationis improbitas, in atria mentis irreperit, sed vel psalmi, qui dicendum est, recordatio orationis tempore intentionem supplicantis auerterit. ] Hæc Cassianus. Cùm ergo sancti vi tam magnam lucem diuinitus immisit habeant, & tam lynceis oculis suam imbecillitatem expendant, non mirum, si bis quotidie in se multa corrugenda peruident. Quod si in ceteris rebus necessaria est hæc frequens & exquisita discussio, quanto magis in ea, quam maiori diligentia, aut repellendam à nobis, si mala sit; aut si bona, suscipiendam atripimus? Certè pictor imaginem Christi, aut alicuius sancti in ta-

Bona, in  
reg. no.  
uit.

Dorothe,  
doctrina.  
4.

Clemens  
epif. 1.

Cassian.  
col. 25.c.  
7.

C ] D

discutatur. Examinis meridiani meminit Bonaventura, sic scribens: Cùm pulsatur campanella ad mensam, vel ad condendum, stes in silentio, & examina teipsum, quomodo in oratione, vel lectio, vel in servitu laborasti, vt preparatas eleemosynas possis secura conscientia manducare; nam pecatores ibi eleemosynas largiuntur, non vt loquaris de partibus vel de guerris, vel maneas ociosus, sed vt pro eis incessanter ad Dominum fundas preces: quòd si te inuenieris ociosum sterile, aut dixisse illicit, timeas cum dolore cordis, sciens quòd de eleemosynis acceptis oportebit te reddere rationem vilificationis tuar; & vsque ad secundam pulsationem, cogita supradicta, semper pro benefactoribus exorando. Vespertini vero mentionem fecit Dorotheus, qui hæc ait: Affirmaverunt Patres communis sententia, possidere cum timore Dei, qui mortis crebro & gehennæ reminiscitur, qui veſperè à seipso rationem exigit, quemadmodum die ambulauerit; manè similiter quo pacto noctem transfererit. ] Nec frequenter, quam par est, aut nimia videatur, hæc duplex in qualibet die conscientia discussio, quia sancti, qui oculos mentis habent diuina luce perfusos, non bis in die, sed qualibet hora in seipsum, quod examinent, & corrigant; quod emendent, & reprehendant, inuenient. Beatus certè Pater Noster Ignatius, ut auctor eius vita testatur, singulis horis seipsum colligebat, & quid cogitasset, quid egisset, quid omisisset, examinabat. Quod documentum esse Petri Apostoli, scribit Clemens Papa in illis verbis: Instinebat, actus suæ vita omni hora custodiri, & in omni loco Deum respicere, & cetera. Et Cassianus appositissimo simili, quid sancti tam frequenter in seipsum emendent, exponit, cuius sententiam notata dignissimam non grauabor in medium afferre. Ille scicat: Velut si in aliquam magnam domum, multis instrumentis, vasculis, sarcinis impeditam, unum integrum visum acie perspicacem, alterum, cui oculorum lumen obtuderit lippitudo, pariter ponamus ingressos, nonne cùm ille, cui ad videnda omnia habes obsistit obtutus, nihil illuc aliud esse astimet, nisi armaria, lectos, scanna, præsepio, & quicquid non tam oculis speculantis, quam manibus palpantis occurrit; è contrâ hic, qui clarissimum lumen sydere eiā occulta rimatus est, multa illuc minutissima, & que vix possint etiam numero comprehendendi, inesse pronunciet, que si aliquando in unum cumulum congregentur, paucorum, que ille palpauerat, magnitudinem numerositate compenent, aut etiam fortasse transcendent; Ita igitur sancti, arque vt id dicam, ridentes, quibus summum perfectionis est studium, etiam illa, quæ velut tenebrofus animi nostri non intueretur aspectus, in semetipsum sagaciter deprehendunt, acerrimeque condemnant, vique adeo, vt qui, sicut nostra videtur incuria, ne tenuis quidem peccati nauo candorem conscientie fuscaerunt, multis sibi maculis videantur alpersi, si, non dicam vanæ cogitationis improbitas, in atria mentis irreperit, sed vel psalmi, qui dicendum est, recordatio orationis tempore intentionem supplicantis auerterit. ] Hæc Cassianus. Cùm ergo sancti vi tam magnam lucem diuinitus immisit habeant, & tam lynceis oculis suam imbecillitatem expendant, non mirum, si bis quotidie in se multa corrugenda peruident. Quod si in ceteris rebus necessaria est hæc frequens & exquisita discussio, quanto magis in ea, quam maiori diligentia, aut repellendam à nobis, si mala sit; aut si bona, suscipiendam atripimus? Certè pictor imaginem Christi, aut alicuius sancti in ta-

bella

bella delineans, millies eam inspicit, & nunc ex hac, nunc ex illa parte perlustrat: iam quædam expungit, iam quædam abradit, iam lineas alter dicit, iam illuftrioribus coloribus tingit, & vix tandem post multam & frequenter inspectionem, aliquid elaborat, quod suo desiderio fatisfaciat. Et nos cùm particulari examine humilitatem, aut obedientiam, aut aliam quampli virtutem addiscimus, eandem virtutem in tabella cordis nostri effigie curamus. Quare multum erit, si saltet bis in die nostrum opus inspiciamus, & an bene an male succedat, examinemus.

Quis autem modus in hac discussione tenendus? Hunc quisque ex his, quæ nunc dicemus, intelliget. Nam primò, quoniam cognitio propria, donum Dei est; ille, qui seipsum examinat, gratiam à Deo humiliter petat, qua sciar conscientia recessus excutere, cogitationes, desideria, verba, & actiones expenditure, & quod à se peccatum fuerit, agnoscere, & emendare. Hæc sane cognitio magis ex humili oratione, qua aperiuntur oculi nostri, quæ ex longa aut subtili inuestigatione dependet. Vnde Gregorius, cùm illud Iob: Mittebat ad filios suos, & sanctificabat illos:] mysticè interpretatus esset, de discussione propriarum actionum, qua quia seipsum inspicit, ne bona aestimer, quæ mala sunt, aut ne bona sufficientia putet, si perfecta non sunt; hæc addit: Sed hos virtutum sensu, in multis preces quæm discussions inueniunt; nam ea, qua persecutari in nobis metis plenius nititur, læpe verius orando, quæm inuestigando penetramus. Cùm enim mens per quandam compunctionis machinam ad alta sustollitur, omne quod ei de seipso occurrit, sub seipso diiudicando certius contemplatur.] Hæc ille.

Postulata gratia, singulas diei horas ab ea qua è lecto surrexit, vel ab hora præcedentis examinis usque ad horam præsentem, non minus breuiter, quæm attente percurrat; videatque an propositum tuum custodierit, defectumque vitauerit, necnon & virtutem exercuerit: an potius è contraria aliquo à suo statuto defecerit, virtutisque actiones eliciendas omiserit. Si nullum defectum vel commissionis vel omissionis admiserit, id haudquaque sibi tribuat, sed Deum illius domini auctorem agnoscat, pro eo ex animo gratias agat, & gratiam aliam ad perseverandum expoferat: Disce, inquit Bernardus, in referendo gratiam, non esse tardus aut segnis; disce ad singula dona gratias agere. Diligenter considera, quæ tibi apponuntur, vt nulla videlicet dona Dei debita gratiarum actione frustrentur, non grandia, non mediocria, non pusilla. Denique iubemur colligere fragmenta, ne pereant, id est, nec minima beneficia obliuisci. Nunquid non perit, quod dominatur ingrato? ] Et si manè gratia fuit, à proposito non excidere, etiam gratia erit vespere in eo perseverare. Humiliter ergo cuique de seipso sentendum est, & quanto magis le custodierit, enixius graria ab omnium conditore poscenda, qua possit in septo persistere. Si autem inspectori sui in aliquo aduersum propositum, vel per commissione, vel per omissionem se fecisse deprehenderit, de casu suo dolet, & de tanta imbecillitate, ac de non seruata fidelitate humiliiter erubescat. Pudeat illum, qui tam citò à bona voluntate defecit, & multo magis, si non iam ex infirmitate, sed ex invercundia & officiantia deliquerit. Odio habeat defectum aut casum suum, licet leuem, quo se instabilem & Deo minus reuerentem demonstrauit. Mercator, qui aliquam opum suarum iacturam fecit, tanto magis tristatur

Iob. 1.5.  
Gregor. 1.  
mor. 1.18.

Bern. for.  
51. m  
Cant.

A | & dolet, quanto maior est illi habendi cupiditas. Si vero te perfectionis sollicitat desiderium, cur non ex hoc casu tristaberis, quo in culpam aliquam incuristi, Domino displicuisti, & profectus aliquam gradum, quem lucrari poteras, dilapidasti? Hæc culpa detestatio isteque dolor, non aliter quædam lima quædam, nostra superflua terit, & sicut aqua munda nos abluit, & quasi collyrium, oculos mentis ad cognoscendos occultores defectus, magis perspicaces reddit. Quod profectò Gregorius docet, & simul pulcherrimis verbis, quomodo quis seipsum reprehendere & discutere debeat, exprimit. Scribens enim in illud Iob: Confabulabor cum amaritudine animæ meæ, sic ait: Pauore diuini iudicii afflitti, dum quædam malè gesta plangimus, ipsa vi nostræ amaritudinis ad discutiendos nos vigilantis excitati, alia in nobis etiam, quæ amplius desfleamus, inuenimus. Nam læpe quod torpentes latuit, flentibus subtilius impotest, & afflita mens certius inuenit malum, quod fecerat, & nesciebat, cíque rixa sua verius aperit, quantum à veritatis pace deviauit, quia reatum suum, cuius secura non meminit, tunc in se commota deprehendit. Succidens quippe amaritudine penitentia, reverendanti cordi importunità ingerit illicita, quæ commisit, dictum contra hac iudicem ostendit, suppliciorum minas inuenit, pauore animam ferit, pudore confundit, mortis illatos increpat, quietem noxie securitatis turbat, quæ ei conditor bona contulit, quæ ipse bonis illius mala respondit, enumerat, quod mitre ab eo conditus, quod gratuito nutritus, quod rationis substantia in conditioне ditatus est, quod conditoris gratia vocatus, quod sequi ipse & vocatas noluit, quod vocatus misericordia nec furdum hunc tententemque despexit, quod illuminatus donis, quod sua sponte prauis actibus, etiam post dona, cæcatus est, quod a caritatis suæ erroribus paternæ sollicitudinis flagellis expiat, quod à flagellarum doloribus ad latitudo gaudia misericordiae medicamento reductus est, quod quibusdam culpis, eti non grauiibus, subditus, peccare tamen, & inter flagella, non desinit, quod peccatorem suum superna gratia nec contempta dereliquit. Cùm igitur afflictam mentem modo per replicationem donorum Dei, modo per impropria actionis suæ tanta severitate increpat, habet in corde iustorum amaritudine animæ linguam suam, quæ tanto eis subtilius loquitur, quanto & intensius auditur. Vnde & nequaquam dicitur: Fabulabor in amaritudine animæ meæ, sed confabulabor cum amaritudine animæ meæ, quia vis doloris, quæ peccata singula reputans, torpente animum ad lamenta excitat, quasi ad eum verba confabulationis format, in quibus semetipsum correctus inueniat, & ad sui iam custodiā sollicitior exurgat.] Haec enim Gregorius: Et quidem dum ita nos Deo comparamus, & beneficia eius cum nostris culpis confirimus, illiusque erga nos curam, & benevolentiam, nostramque erga illum obliuionem, & ingratitudinem recognoscimus, vehemens dolor malè gestorum suscitatur, & homo rubore suffusus, salutari penitentia mordetur. Sic ergo amatör perfectionis de admissionis aduersus suum propositum dolet, sic seipsum increpat, & opprobriis ac contumelias in seipsum afflurgat, tempusq; examinationi concessum, non tam in recordatione defectuum, qui facile de tam breui tempore, ac est à manè vtique ad meridiem, ad memoriam veniunt, quæm in affectibus doloris & compunctionis impendat.

E | Post hanc negligentia derestationem dolorēmque conceptum, veniam suorum delictorum humili-

Iob. 7. 10.  
Gregor. 8.  
mor. c. 11.

Ruth. 3.4.

liter petat. Dicat Domino illud, quod Ruth dixit ad Booz: Expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es.] Tu Domine, qui cum sis Deus meus, per assumptionem carnis factus es propinquus meus, miserere afflita anima mea, quia iam dolet & gemit, & flet, quia tuam benignitatem offendit. Dele per misericordiam tuam maculas eius, & quod per infirmitatem carnis, quam gestas, imprudentes admisisti, clementer absterge. Domini ad pedes huius propinqui sui vsque ad noctis abscessum: Id est, in dolore, & gemitu, & oratione perseueret, quoque conscientiam pacaram, & ex visitatione Domini aliquantulum exhilaratam sentiat, & non inepte de obtenta venia presumat. Post hanc orationem ac gemitum, propositum renouer, & vsque ad tempus sequentis examinis, culpa in hac speciali materia se vacuum proponat. Utilessimum erit ad vsum, quem statim dicemus, libellum paratum habere, in quo quisque defectus suos lineis aut numeris note. Ad quod faciendum, & reuenerenter suscipiendum, illius magni praeceptoris vita spiritualis, scilicet Beati Patris nostri Ignatij, sufficiat auctoritas. Ipse enim senex, ac grandaeus, & tantis donis a Deo cumulatus, tantaque sanctitate vestitus, hunc libellum, in quo suos defectus annotabat exiguis, virtutibus nostris puriores, moriens quasi in testamento reliquit. Ad cuius caput ab his est, qui ei decubentii affiliebant, inuentus, ut virtus spirituales discant, quanto seruero, quantoque cura sit anima emendatio exirendia, quanta simplicitate tractanda. Nec deest nobis in hac reminutula aliquod antiquitatis exemplum. Hac enim apud Climacum legimus: Eum vero, qui parandae fratribus refectio praeratur, cum curiosus inquirerem, hoc facere animaduertit. Ad cuius latus cum appensum cingulo breuem libellum conspicerem, didici eum quotidie cogitationes suas in eo notare, hisque omnes nuntiare pastori solitum. Non solum autem illum, sed & alios quam plures id facere ibidem prospexit. Erat enim, ut compri, patris sancti mandatum. Et infra ad finem eiusdem tractatus de obedientia, ad eundem morem alludens, ait: Optimus ille trapezita est, qui quotidie vesperie lucrum ac detrimentum omnino computat. Quod scire manifestius non potest, nisi horis singulis in tabulis omnia denotet. Nam cum calculi singulis horis ponuntur, totius diei ratio postmodum clarius agnoscerit. ] Et hi quidem, defectus ac cogitationes suas in libello notabant, ut Praelato nuntiarent, nos vero non tam ut alteri renuntiemus, quam ut nostri profectus (ad modum statim dicendum) aliquam rationem habeamus. Vtus autem huius libelli utilitatibus praeditis non caret, & nullius incommodi praetextu potest omitti. Nam in eo spirituales viri, quorum est hoc examine seipso expolire, non nisi minimos defectus exarant, quia Dei beneficio maioribus parent, & si maiores exararent, non eos litteris, sed lineis aut numeris notant, ynde si libellus excideret, & in manus malevoli cuiuspiam veniret, nihil profrus de vita alterius posset intelligere, nisi quod est spiritualis vir, sua conscientiae exquisitam curam habens, cuius defectus ac negligencias leues, in eo libello ad fletum & emendationem earum notare sit solitus. In quo nullam malevolus inueniet materiam ridendi, sed de sua oscitania erubescendi, qui maiora peccata non solum non notat, sed nec condigna penitentia diluere curat.

Infr. p. 5. f.

Hoc autem particulare examen & illud generale, de quo postea dicemus, est spirituale capitulum, sive locus correctionis, in quo melius & efficacius viriu-

A stus corrigitur. Illud capitulum est rauius, istud frequentius: in illo interdum accusator ex odio aut passione ad accusandum fratrem incitat; in isto conscientia accusatrix semper ex Dei amore, & perfectionis desiderio ad accusandum mouetur. In illo ex parte accusati solet interuenire iusta, aut iniusta excusatio; in isto soluni humilis & devota confessio. In illo praes aliquando ira aut indiscretu zelo feruer; in isto Christus, apud quem rei flentes procumbimus, nunquam per aliquam vel minimam notam indignationis excedit. In illo corrigitur defectus publici, in isto occultissimi, & nulli, nisi Deo, & homini, qui admisisti, cogniti, emendantur, atque delentur. Illud tandem congregations religiosae teneant, apud quas cius viget vpus satys utilis, & honeste gubernationi conueniens; istud autem spiritualis vir intra seipsum toto corde suscipiat. Quod profecto si ab omnibus religiosis bene, ut pareat, fiat, illud extreius cum magna pace transfigetur, & satis pauca & levia inueniet, quae corrigit. Qui praecipit huic spirituali capitulo, Christus est, ad cuius pedes compuncti humiliisque prouoluntur, ut veniam de nostris negligentis impetreremus. Cu-  
ius benignitatem & lenitatem semel experti, dicimus praedescerio emendandi ab eo illud Davidis: Corripit me iustus in misericordia, & increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguat caput meum.] Malum enim ab hoc iusto & Sancto. sanctorum corripi, quam ab adulatoribus & his, qui minimè nos intus & in cute cognoscunt, deliniri. Accusator non est frater, qui fortassis nos non amat, aut non multum amat, sed propria conscientia, qua ut seipsum, nos diligit, & nostram increpationem non minus quam suam audire recusat. Que cum nos probet cognoscet, eius accusationi optimè congruit illud Salomonis: Melius est à sapienti corripi, quam a stultorum adulacione decipi. ] Quid enim referet, si nos amici exterius defendant, si propria conscientia, qua opera, & cogitationes, & intentiones nouit, aliquid horum interiorum accuseret? Adstantes non sunt homines, qui aliquando rident, aliquando despiciunt, aliquando indignantur, sed Angeli, qui pro nobis orant, & nostri compatiuntur, & misericordantur. Illi interdum ita nos vrgent, ut è cetero illorum egessi, quasi ab aliquo periculo liberati dicamus cum Ecclesiastico ad Dominum: Et in conspectu astantiū factus es mihi adiutor. ] Nam ita stabant, ut contra starent, & improprij verbis impeterent. Iti nos defendunt, & protegunt, adeò ut iusto, sacrificium spiritus contribulati pro suis erratis immolanti, conuenire possit illud eiusdem Ecclesiastici: Et circa illum corona fratrum, (id est, sanctorum Angelorum, qui licet dignitate & natura excellenti sunt patres, ut affectu amoris sunt fratres,) quasi plantatio cedri in monte Libani, sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filii Aaron in gloria sua. ] Hi, inquam, Angeli, qui viro iusto se accusanti inuisibiliter assistunt, non despiciunt illum, nec irident, sed sicut cedri, arbores fortis & proceras protegunt, & quasi palma signa victoriarum ad victoriam de seipso reportandam accedunt. Locus tandem huius spiritualis capituli est proprium cor, in quo sicut in arca testamenti Dominus virgam, & legis tabulas, & vas manna recondit, id est, feueritatem ad corrugendum signatam in virga, & discretionem ad discernendum adumbratam in tabulis, & dulcedinem ex spe venia obtainenda significatam, in illo pane cœli constituit. In hoc igitur spirituali capitulo nos bis in die corrigitur, & citius proficiemus.

De

Eccles. 6.7.

Eccles. 13.14.

Eccles. 50.